

pontium ædificii, vel reparationis opus fuerit, ad instar aliorum possessorum: hujusmodi opus et sanctas ecclesias et venerabiles domos complore, dum sub illa possident civitate, sub qua tale sit opus. Si quæ vero res ex curialium substantiis ad quamlibet sacrosanctam ecclesiam, aut aliam venerabilem domum secundum leges venerunt, aut postea venerint: liberas eas esse sancimus descriptione⁸ lucrativorum.

CAP. VI. De prescriptione xl annorum ad venerabilia loca pertinente.

Pro⁹ temporalibus autem prescriptionibus decem et viginti, et triniginta annorum, sacrosanctis ecclesiis et aliis universis venerabilibus locis solam quadraginta¹⁰ annorum prescriptionem opponi præcipimus: hoc ipso servando et in exactione legatorum et hereditatum, quæ ad pias causas relicta sunt.

CAP. VII. De¹¹ ædificatione ecclesiarum.

Si quis autem voluerit fabricare venerabile oratorium aut monasterium, præcipimus non¹² alter inchoandam fabricam, nisi locorum sanctissimum episcopus orationem ibi fecerit, et venerabilem fixerit crucem. Si vero semel coperit aut novam ædificare basilicam, aut veterem renovare: modis omnibus compellatur a beatissimo locorum episcopo, et ecclonomis ejus, et civili judice, eam expiere, et si distulerit, hoc moriente heredes ejus opus inchoatum adimplent.

CAP. VIII. Ne¹³ in prostitis vel dominibus, vel fundis, vel privatis locis sacra ministeria fiant.

Si quis in sua domo, aut in suburbano ecclesiasticum ministerium ministrare præsumperit, aut aliis celebrare concesserit sine clericis sanctissimo locorum episcopo subiacentibus: jubemus hanc domum, aut suburbanum, aut praedium, ubi tale aliquid relinquitur, loci illius sanctissima ecclesia vindicari¹⁴ per Deo amabilem episcopum, et econsumum ejus, et civilem judicem locorum. Si vero nesciente locorum domino, ejus curatores, aut conductores, aut emphyteute contrarium aliquid exerceri permiserint: dominum quidem loci nullum prejudicium aut dispendium sustinere: eos autem qui hoc fecerint, aut fieri permiserint, ex provincia ubi hoc commisum est, expelli, rebus eorum loci illius sanctissima ecclesia vindicandi.

CAP. IX. Ut legatum Deo reliatum, illi ecclesie deputetur, ubi testator domicilium habet.

Si quis in nomine magni Dei¹⁵, et Salvatoris nostri Iesu Christi hereditatem aut legatum reliquerit, jubemus ecclesiam loci¹⁶ illius in quo testator domicilium haberet accipere, quod dimisum est. Si quis autem unum sanctorum heredem scripsit, aut legatum ei reliquerit, et non specialiter nominaverit locum in quo est venerabilis domus, inventari autem in eodem loco aut civitate plura oratoria ejusdem sancti: illi magis domui quæ pauperior¹⁷ est, quod reliatum est, præbeatur. Si autem non est in civitate-basilica nominati sancti, inventari autem in territorio ejus, illi detur. Si autem neque in territorio ejus reperitur hujusmodi domus, tunc ecclesie civitatis in qua testator domicilium habuerit, quod dimisum est, præbeatur.

CAP. X. Si quis oratorium ædificari jusserti.

Si quis ædificationem venerabilis oratori, aut xenodochii, aut plotchii, aut orphanotrophi, aut nosocomii, aut alterius reverende domus, in novissima voluntate fieri disponuerit: oratorium quidem intra quinque annos completi jubemus providentia locorum episcopi, et civilis iudicis: xenodochium autem aut plotchium, aut aliam venerabilem domum intra unum fieri annum. Si autem intra annum non fecerit heredes xenodochium, aut quamlibet venerabilem domum a testatore dispositam fieri: jubemus eos domum aut comparare aut locare, ubi possint quæ jussa sunt adimplere, donec hujusmodi domus venerabilis expleat. Et si quidem ipse testator decreverit qui debent xenodochi fieri, aut plotchotrophi, aut alteri tales gubernatores, sive suis heredibus hujusmodi electionem commiserit: jubemus modis omnibus heredes ejus, quæ ab eo definita sunt, adimplere, locorum beatissimis episopis insipientibus si gubernatio recte procedit: et si invenerint non utiles existentes rectores, licentiam habentibus sine damno alios pro eis importunos efficare.

CAP. XI. Ut legata pro redemptione captivorum relicta, præstentur ab episopis, etc.

Si quis autem pro¹⁸ redemptione captivorum aut alimentis pauperum hereditatem aut legatum reliquerit in rebus mobilibus, aut immobilibus,

⁸. L. 22, C. de sacros. eccles.; L. un. C. de imponenda iurativa descript. — ⁹. Authent. Quæ actiones. C. de sacros. eccles. — ¹⁰. N. 11, c. 1; afor. N. 9; L. 23, C. de sacros. eccles. — ¹¹. N. 5, c. 1; N. 67, c. 1; ¹². d. N. 5, c. 1; N. 67, c. 1; ¹³. N. 58, N. Leon. 4 et 15. — ¹⁴. d. N. 58; add. L. 5, p. 1; L. 8, § 3, C. de heret. — ¹⁵. L. ult. C. de sacros. eccles. — ¹⁶. L. 59, § 1, D. de condit. et demonstr.; L. 49, C. de episopis. — ¹⁷. d. L. ult. in fu;

sive semel, sive annale, et hoc modis omnibus secundum testatoris voluntatem ab iis quibus jussum est hoc facere, compleri. Si autem specialiter dixerit quomodo pauperibus hoc reliqui: præcipimus sanctissimum episopum civitatis in qua testator habuit domicilium, percipere easdem res, et ejus civitatis pauperibus erogare. Si autem pro redemptione captivorum aliquid relinquitur, et non nominatim testator dixerit per quem oporteat fieri redemptionem captivorum, etiam sic jubemus res ad hoc relictas, locorum episopum et ejus economos accipere, et hujusmodi plium opus implere: in omnibus enim talibus piis voluntariis sanctissimos locorum episopos volumus provide, ut secundum defuncti voluntatem, universa procedant: licet¹⁹ præcipue a testatoribus aut donatoribus interdictum sit eis habere ad hoc aliquid participium. Si autem qui hoc facere jussi sunt, semel et secundo a beatissimo locorum episopu aut ejus economis per publicas personas admitti distulerint quæ disposita sunt, adimplere: jubemus eos omne lucrum²⁰ reliictum eis ab eo qui hoc præcepit, amittere: et locorum episopos omnes recunctis (sicuti dictum est) piis cautis distributas, cum²¹ fructibus et augmentis medi temporis et memorato lucro vindicare: et que testator dispositus adimplere, scientes, quia si neglexerint, pro his omnibus rationem Deo persolvant. Si autem sanctissimus locorum episopus reliquerit aliquid horum quæ a nobis dicta sunt: liceat sanctissimo ejus metropolite hæc omnia exigere, et complere: et omni aliij licentia sit hujusmodi mouere questionem, et studere ut modis omnibus cause pia compleantur.

CAP. XII. Ut in piis legatis cesseret Falcidia.

Si²² autem heres quæ ad pias causas relicita sunt, non impleverit dicens relictam sibi substantiam non sufficiens ad ista: præcipimus omni Falcidia²³ vacante, quicquid inventur in tali substantia, proficere pro visione sanctissimi locorum episopii ad causas quibus reliquitur est. Si autem legatum ab aliquo ad pias relinquitur causas: jubemus intra sex menses ab insinuatione testamenti numerandos, hoc modis omnibus præberi quibus reliquit est. Si autem distulerint qui in hoc operati sunt, hujusmodi præberi legatum: et fructus, et usura, et omne legitimum exigatur a tempore mortis ejus qui hoc reliquit. Si autem annale legatum cuilibet venerabili domui relinquitur: si quidem qui hoc dare jussi sunt, aut locus ex quo jussum est hoc præberi, in ipsa, aut vicina provincia fuerit: jubemus nullo modo legatum alienari. Si vero loca aut personæ ex quibus hoc dari præceptum est, longius fuerint: tunc liceat illis quibus hoc reliatum est, si etiam pars obligata consentit, commutare legatum, et pro eo percipere redditus idoneos, et cum augmentatione non minus quartæ partis relicita quantitatis, et neque plurimi tributis fiscalibus prægravatos: aut vendere, si voluerint, hujusmodi legatum, et non minus pro pretio percipere, quam ex tali legato intra viginti quinque annos colligatur: ita tamen, ut hujusmodi premium ad utilitatem predictæ venerabilis domus ubi reliatum est, proficiat.

CAP. XIII. Ut de iis quæ post episopatum adquisierint episopii testari non possint.

Interdicimus autem sanctissimis episopis res mobiles aut immobiles seseque moventes, quæcumque post²⁴ episopatum ad eos quomodo pervenient, in propriis cognatis aut in aliis quasunque transferri personas. In captivorum vero redemptiōnem, et egentium pabula, et alias pias causas, aut pro utilitate proprie ecclesie, ex his expendere licentiam habeant: et quicquid ex hujusmodi rebus post obtium eorum in ipsorum facultate remanserit, jubemus hoc ad proprietatem ecclesiarum, quarum sacerdotium habuerunt, competere. In illis enim solummodo rebus licentiam eis alienandi aut relinquenti quibus voluerint, damus, quæ ante episopatum probantur habuisse: post episopatum vero, quæ ex genere sibi conjuncto ad eos devoluta sunt, quibus ab intestato usque ad quartum gradum succedere poterunt. Hæc autem omnia quæ diximus de rebus quæ post episopatum devolutæ sunt ad sanctissimos episopos, et in reverendissimis orphanotrophis, et plotchotrophis, et nosocomis, et xenodochis, et gerontociis, et omnibus aliis rectoribus venerabilium domorum, valere sancimus, in rebus quæ in tempore propria administrationis secundum predictum modum ad eos pervenirent. Si quis autem episopus, aut clericus aut cuiuslibet ecclesiastici gradus minister aut ecclesie diaconissa moriantur sine testamentis et legitimis successoribus, horum successio ecclesie²⁵ competat in qua constituti

d. L. 49, § 5. — ¹⁸. L. 28, C. de episopis. — ¹⁹. Authent. Licet, C. d. t. — ²⁰. Add. c. 12, iofr. lic. — ²¹. L. 46, § 4, C. de episopis. — ²². Authent. Similiter, C. ad leg. Falcid. — ²³. c. 11, supr. hic L. 49, C. de episopis. — ²⁴. Authent. Licetiam, L. 47, § 2, C. d. t. — ²⁵. L. 20, C. d. t.

CAP. XIV. Ne hæretici ab ecclesiis vel privatis res immobiles quoquo titulo accipiunt: et ne speluncam fidei sue edificant.

Jubemus autem nullum hæreticorum, neque²⁶ per conductionem, neque per emphyteusim, neque per emptionem, aut alio qualibet modo res immobiles accipere a qualibet sancta ecclesia, aut alio venerabili loco; si quid vero hæreticus pro tali causa præbuerit, amittat: hujusmodi vero res venerabili loco a quo etiam datae sunt, vindicentur: rector autem domus qui ipsas res dedit hæretico, omni gubernatione removeatur, et in monasterio recludatur, et uno anno a sancta communione segregetur: cum hæreticus proderit christianos. Si autem orthodoxy possessionem habens in qua est et sancta ecclesia, alienaverit aut reliquerit, aut per emphyteusim, aut per conductionem, aut quamlibet gubernationem hanc dederit Judeo, aut Samaritano²⁷, aut Ariano, aut alii hæretico: sancta ecclesia²⁸ ejusdem vici hujusmodi vindicet proprietatem alienationis. Si quis autem hæreticorum (quibus etiam connumeramus Nestorianos, et Acephalos, et Eutychianistas) præsumperit speluncam sua incredulitas edificare, aut Judei novam synagogam consti- tuere, locorum sancta ecclesia ædifica sue proprietati defendat. Si vero quis per emphyteusim, aut conductionem, aut quæcumque aliam gubernationem dederit possessionem hujusmodi persona: si quidem scilicet dominus possessionis ejus, quia hæretico hanc commisit, omnes redditus illius temporis quod in contractu transit, ecclesie civitatis, sub qua possessio constituta est, vindicari; si vero ignorabat dominus possessionis, quia hæreticus erat cui haec commissa est, ipsum quidem dominum propter ignorantiam indemnum servari: hæreticum vero in utroque casu expelli de possessionibus, et ejus substantiam applicari fisco.

CAP. XV. Ut orphanotrophi sint tutoribus similes, et ad instar eorum inventarium confiant.

Orphanotrophi²⁹ vero, tutorum et curatorum fungantur officio: ita tamen, ut etiam sine iustificatione et convenienti, et convenienti de rebus orphanotrophis, et ipsis propriis orphanis competentibus. Res autem competentes alicui orphanorum, publicis presentibus tabulariis, aut sub gestis monumentorum in hac quidem regia civitate apud magistrum census habitis: in provinciis autem apud judices earum, aut defensores locorum, orphanotrophis accipere et custodiare: et si necessarium paturerint, etiam alienare, et pretia earum orphanis conservare, aut alias res pro illis emere: non autem subiacere tutelaribus aut curatoris rationibus: servari autem jubemus venerabili orphanotropho hujus regie urbis, et xenodochio quod vocatur sancte Marie Sans³⁰, et sub ejus gubernatione constitutis oratoriis aut xenonibus, aut venerabilibus dominibus omnia privilegia quæcumque habet major sanctissima ecclesia Constantinopolitana.

EPILOGUS.

Quæ igitur per presentem legem in perpetuum valituras nostra sanxit tranquillitas, tua celsitudo edictis soleniter in hac regia urbe propositis, ad omnium studeat pervenire notitiam. Nos enim providebimus quatenus sine collatorum dispendo fiat etiam in provinciis manifesta. — Dat. 18 kal. april. Constantinop., DN. JUSTIN. P. P. Aug.* BASTILO V. C. Cons.

TIT. XV.

NOVELLA CONSTIT. CXXXII.

Imperator FLAVIUS JUSTINIANUS, felix, inclitus, victor ac triumphator, semper Augustus, episcopo Constantinopolitano.

PREFATIO.

Primum esse et maximum bonum omnibus hominibus credimus, veræ et immaculatae christianorum fidei rectam confessionem: ut per omnia hæc roboretur, et omnis orbis terrarum sanctissimi sacerdotés ad concordiam copulentur, et consone immaculatae christianorum confessionem prædicent, et omnem occasionem, quæ ab hæreticis invenitur, auferant, quod ostenditur ex diversis conscriptis a nobis libris et edictis. Sed quoniam hæretici neque Dei cogitant timorem, neque interminatas talibus peccatis ex legum severitate considerantes, diabolus opus implent, et quosdam simplicium seducentes sanctæ fidei catholice et apostolice ecclesie, adulteras² collectas, et adultera baptismata latenter faciunt: pietatis existimavimus, per præsens nostrum edictum monere eos, qui tales sunt, quatenus et ipsi recedant ab hæretica vesania, et nec aliorum animas per simplicitatem perdant, sed magis concurrent ad sanctam Dei ecclesiam, in qua recta prædicantur dogmata, et omnes hæretes cum principibus suis anathematizantur. Nosse enim volumus omnes, quia si de cetero aliqui inveniantur aut contraria facientes, aut apud semetipsos collectionem: nequaquam omnino eos ferimus, sed domos quidem ubi aliquid delinquitur; sanctæ assignamus ecclesie: his autem qui colligunt, aut apud se colligunt, ex constitutionibus peccatis inferri omnibus modis jubemus. — Dat. prid. non. april. Constantinop., DN. JUSTIN. P. P. Aug.* BASTILO. Cons.

¹ Tr. XV. — ² L. 3, C. de hæreticis. — ²⁷. N. 129. — ²⁸. d. L. 10, vers. hæc enim. — ²⁹. L. 52, C. de episopis. — ³⁰. N. 49, c. 3.

TIT. XVI.

NOVELLA CONSTIT. CXXXIII.

Idem AUGUST. Mennæ beatissimo archiepiscopo.

PREFATIO.

Singularis vita hujusque contemplationis res est sacra, et ex hoc evheb animas ad Deum, et non solum juvans eos qui ad hanc accedunt, sed etiam alius omnibus pro ejus puritate et supplicatione ad Deum, præbens inspectam utilitatem. Unde et prisci imperatoribus studii fuit et a nobis non pauca sancta sunt de eorum honestate et ornatu. Sequimur etenim sacras regulas et antiquos patres qui hæc sanxerunt, quia nihil¹ sine via ad questionem est imperio, communem omnium hominum solicitudinem ex Deo accipiunt. Dudem² quidem scriptis constitutum volentem in multitudine existentes monachos in commune degere secundum quod vocatur cœnobiorum schema: et neque propria habere habitacula, neque substantias congregare, neque vitam habere sine testimonio: sed communiter quidem ipsos comedere: dormire vero omnes in commune, et honestam sectari vitam, et testes esse ornatus alterutris, et juvenes quidem vereri canicem hæc respicientium, et ex eorum etiam vigilias assumere, ut ne quid facinoris velut per somnum fiat, neque turpis videatur alii, sed unusquisque suam honestatem etiam dormiendo custodiat.

CAP. I.

Quibusdam vero nobis nunciatis, quæ digna et majora cautela legis egent; recte ad presentem venimus sanctionem ad illius perfectionem et supplementum, per quam sanctius nullam penitus habere licentiam separatum habitandi, neque appellatam celulam nisi solus fuerit, et monasterium duobus utens ministris, et continentem et quietam degant vivit, sed omnino cum sint plurimi viri, una sit eorum conversatio et orantur et quæ naturæ sunt opera facientur, quatenus inculpabiles et inaccusabiles consistant: et communiter quidem sicut dictum est, comedere, communiter quoque dormire, et siquidem tanta sit multitudo, quanta in uno habitaculo capiatur, aliquoquin duo forsitan tria habitacula esse que capiant eos. Nullum tamen omnino proprium habere, sed in commune vivere diebus et noctibus, ut noctes eis eadem habeant quæ dies observationem. Non enim dormiunt omnes semper, sed palam est, quia alii quidem in somno sunt, alii vero vigilant, et omnino erunt quidam dormientes inspicentes. Si autem aliqua habitacula sint in quolibet monasteriorum sub tua constitutum sanctitate, sive in hac magna civitate, sive in eis per circuitum habitacula, sive a nobis ipsis edificatis, sive ab aliis seorsum habitata, hec omnibus modis depones, apriesque eis alterutra ubi celebrent: quid enim formidabunt hoc agentes semetipsos dicantes Deo et abrenuentes publica conversatione: et hoc quidem ita valere nunc et in futurum omne volumus tempus, nullo ut dictum est, habente habitaculum seorsum, sed congregandis omnibus et insipientibus quæ ab alterutra aguntur. Certum est enim quia talia studebunt ea constitutre, qualia omnino inculpabiles manent. Si quis autem apparuerit tantum impudens, ut audeat tentare prævaricari quod sanctum est, monasterii præsalutem haec examinet. Volumus enim vehementer quam nunc est, fieri observationem, et quidem primum non plurimos esse in monasterium ingressus, sed unum, aut secundum forte, et adstare januae viros senes et castos et testimonii boni ex omnibus, qui quidem neque reverendissimum monachis concedant sine abbatis voluntate exire

Feud. I. — Feud. II. — Feud. III. — Feud. IV. — Feud. V. — Feud. VI. — Feud. VII. — Feud. VIII. — Feud. IX. — Feud. X. — Feud. XI. — Feud. XII. — Feud. XIII. —

monasterium, (sed inter eos detineant, quæ Dei sunt zelantes, nec semetipsos lacerantes, nec actus, nec studia) nec alios quosdam introire monasterium noctibus, et diebus sinant, qui non reclam manere procreat venerabilium monachorum voluntatem. Sitque cautissima maceria munitione monasterium, ut nullus exitus aliunde, nisi per januas, sit.

CAP. II.

Deinde vel si ulla ecclesia in monasterio sit, neque sic occasione eccliarum, ingredi et deambulationes licite illuc facere, et confabulari cum quibus non convenit, sed venire quidem tempore sacri ministerii, cum abba suisque prioribus et senibus, sacrificio completo omnes monachi rursus ad cenobium revertantur, ibique sedeant, magnumque Deum honorent, et sacris Scripturis incumbant. Plurimus itaque est horum librorum chorus, et possibile est unicuique animum corrigere, atque rigare sacri Scripturis, quæ si frequenter legent, nunquam decipientur, nec ad humanas descendunt scuticines. Quatuor autem vel quinque seniorum ex ipso monasterio esse in constituta ecclesia, quibus jam omnis exercitatio est expletæ in continentia, et qui ordinationem habere meruerunt in clero presbyterorum forsitan aut diaconorum aut deinceps habentium schema. Dicti enim et supervenientes alloquuntur, et de divinis eloquiis disputabant, et putari omnes esse tales procurabant, et custodient sacram domum, juventutem autem exardescerentem, et suos terminos exilire volentes in continentia detinebant.

CAP. III.

Non ingredientur autem neque mulieres in virile monasterium, neque viri in fœmineum occasione mortui, et ibi sepulti memoriam, vel per aliam causam; et maxime si quis fratrem forte vel sororem aut aliquem ex genere habere in monasterio dicat: cognatio enim monachis in terra non est, coelestem zelantis vitam: quid enim volentes tales ingressus faciant, nisi voluerint aliquid agere interdictorum? cum liceat et viris convenientia in monasterio virilium celebrare, et mulieribus similiter distributa in muliebribus monasteriis facere mulieres, nullo permixto alterutri, neque si forte frater esse dicatur: aut soror aut cognatus alter. Neque enim per hanc occasionem ingredi sinemus. Si enim ipsa principia abscondamus, et per ipsum aspectum insitam animabus delimitationem, et ex hoc lapsum prohibeamus, erit multo possibilis ac facilior sacris decertatoribus melioris vita status. Omnes ergo huic legi obedient, et neque viri recundant in muliebri monasterio sepulchra, neque mulieres in virilibus asceteriis fodiant. Neque enim viros mulierum studia decent, neque rursus virilia mulierum collegiis convenient. Neque ex loco propter defunctos turpes et mali principi tales permissiones agi voluntus, ut non iter ex hoc fiat natura apud se in honeste grassari, et ludere, et divinas confundere causas, et pietatis quasi velamine, et cognationis scheme hac agere, quæ neque dicere neque cogitare singularem vitam eligentibus est bonum. Illo existente manifesto, quia necessarium est sepulture ministrantes et maxime lectis, et fidientes non ingredi monasteria, sed in virilibus quidem monasteriis causa facilis est: in muliebribus autem non ita, propter memoratam interdictionem. — § 4. Sanctius igitur, si quando aliquid futurum sit tale fieri, et sepeliri mulier in muliebri monasterio, (virum namque non sinitus) reverendissimas quidem feminas in suo manere habitaculo, solam vero ostiarium⁴ et abbatissam forte ipsam, si voluerit interesse his quæ aguntur: et ipsos celerius illa agentes, que circa funus solennia sunt, et sepulchrum fodientes, et corpus obvelantes repente discedere, neque videntes aliquas reverendissimam mulierum, neque ab aliqua carum visos. Sed neque aliquam excoigit occasionem aut viri ad muliebria monasteria ingrediendi, aut mulieres viri deputacione horum quæ circa funus aguntur (quæ utique memorias vocant) in tertiam et nonam⁵ convenientes diem, aut dum quadraginta compllicantur, aut etiam annus, cum liceat, siquidem muliebre sit monasterium, mulieres omnia agere: si vero virorum viros: et non occasione talium observationum inhenestatem quandam venerabilibus monasteriis imponere.

CAP. IV.

Quia vero nihil quod sancitur, nisi custodiā habeat competentem, poterit servari decenter, sancimus per tempus uniuscujusque monasterii præseptum frequenti inspicere et perscrutari uniuscujusque conversationis et disciplinam: et siibz aliquid parvum fiat contra quam decet, hoc repente corrigeret, et non sine re magis fieri lapsum, et perire animam ad salutem conversationis consurgentem. Monasteriorum autem exarchus, qui suis fuerit per loca, sicut in hac felicissima civitate hæc solcite cu-

³. N. 125, c. 29: I. 19, I. 44. C. de episcopis. — 4. c. 5, infr. hic. — 5. Fac. N. 125, p. 5, e. 5, 6. c. 5, infr. hic. — 7. e. 4, supr. hic: N. 125, c. 25. — 8. L. 44, in pr. C. de episcopis: d. N. 125, c. 26. — 9. c. 2, 3, 2, supr. hic. — 10. c. 6, infr. god. — 11. L. 42, C. de

ret, et mittat eos qui appellantur responsari⁶ ejus per monasteria, et requirat etiam vicinos, ne forte aliquid nequam in aliquo monasteriorum proximo fiat, et hac universa castiget, et competenti digna faciat providentia. Sed etiam uniuscujusque civitatis episcopus hujus rei providentiam habeat sive patriarcha, sive metropolita sive singuli sunt episcoporum, et reverendissimos defensores, qui mittant hæc requirentes et servantes, et non sinentes, quicquam fieri extra quam decet: sed et si quid velociter hoc emendare. Sanctissimus autem patriarcha felicissime hujus urbis de monasterio hic positus similiter examinet et custodes rei Deo amabilis ecclesiæ defensores sanctissimæ majoris ecclesiæ, et quos putaverit prefectos et honestissimos esse, constitut, ut per plures custodia facta, adhuc amplior observatio et super peccatis vindicta fiat.

CAP. V.

Oportet autem unumquodque monasterium sub abbatie constitutum habere (sicut prædictum) eos, qui vocantur responsari⁷, viros senes et monachicum certamen superantes, et non facile corporales injurias passuros, qui corum rebus et eorum occupentur utilitatibus, et non solum si virorum sit monasterium, sed etiam si mulierum contingent, esse duos aut tres viros, aut vel eunuchos, si possibile est, esse, aut senes et castitatis testimonium habentes, qui causas agant, et ineffabilem eis praebant communione⁸, cum hujus tempus fuerit. Si vero de alia monasteriis utilitate, aut ad unam reverendissimam asceteriarum pertinente, dicere aliquid necessariorum voluerint, loquentur abbatisse, et alteri penitus nulli sceminarum quæ in monasterio sunt hæc per reverendissimas ostiarium⁹ agentes. Oportet enim tales aliquas ad januas ordinari, quæ similiter ingressus et egressus in monasterium insipient et egredi non prohibeant, et inaccessibilis viris ingressus præterquam apocesisariis constituent. Illi vero ad ostiarium loquentur, et dicent suum adventum: abbatissæ vero per casus agnoscentes et descendentes his loquentur, et illi referent ad illas de earum gubernatione aut utilitate pro qua venerint, et ita et quæ humana sunt, agentur bene, et castitas permanebit undique a nullo tentata malo. Si quis autem deliquerit, (nam multa sunt humanæ: et nullus potest naturam sic retinere, ut non peccet nihil), hoc enim proprium est solum Dei hunc, si quidem mediocre peccatum est, et monere et suspendere et penitentia ei dare tempus, ut meliore ordinem sumens mox revertatur ad semetipsum, et non quos jam posuit, amittat labores. Si vero maior culpa sit modus secundum commissum et medelam correctionis esse ei rursus admonitionem vehementiorem et patientiam fortem exigere: et si quidem valuerit istis modis amovere lapsum, et corrumphi ceptum (hoc autem et in muliebribus conversis et viris dicimus) grates agere magno Deo, cum et in celo fiat magnum gaudium angelicis virtutibus, quando aliquis salvus fit peccatorum. Si vero potiores ultra medicinam cause fiant, tunc etiam expelli¹⁰ eum a monasterio quatenus dans semetipsum ex melioribus ad pejora, ipse suis malis potiatur solus, et non per ejus malam etiam alii violentur, sicut morbosorum et inexcusabiliter languentium jumentorum. Neque enim imperium despiciet hos negligi, neque retinebit indignationem adversus abbatem, neque contra loci episcopum et sub eo positos defensores ecclesie, si non haec observarent tantum necessaria sit etiam imperio rei diligentia. Si enim illi puris manibus et nudis animabus pro republica supplicant Deo, manifestum quod ei exercitus habebunt bene, et civitates bene disponentur. Deo quoque placato et proprio existente, quomodo non universa plena totius pacis et devotionis sed et terra nobis feret fructus, et mare quæ sua sunt dabit, illorum oratione propitiationem Dei ad omnem rem publicam deducente. Sed et ipsum commune schema hominum reverentius erit, et vivet melius, illorum erubescens perdurance, ideoque una pariter conspiratio erit, omnibus simul ad hoc concorrentibus, et in exilium missa quantum possible est, malitia omni et melioribus et sanctioribus studiis introductis, et rebus ipsis dectibus, quod nos requirentes, causam agimus, ut putamus, utilem.

CAP. VI.

Illi quoque omnibus servari volumus modis. Si visus fuerit aliquis reverendissimorum monachorum et in aliqua tabernarum¹² conversari, hunc repente dari locorum defensoribus, aut hic gloriössimis præfectis sacrorum prætoriorum, et castigari convictum, et nuntiari hoc abbe, quatenus eum expellat¹³ monasterio qui talia deliquit, utpote in confessionem vite angelicam hanc conversationem mulantem. Oportet enim duplex¹⁴ hoc opus monachis esse, aut divinis vacare Scripturis, aut quæ monachos decent (quæ vocant manuum opera) meditari et operari. Mens enim frustra vacans nihil bonorum partit. Pro his hanc ponimus legem

episcopis. — 12. Fac. I. 4, § 2, D. de his qui not. infam: L. 45, § 9, D. de ritu nupt. — 13. c. 5, supr. hic. — 14. c. 2, supr. hic: L. 54, C. de episc. aud.

et in lac regia civitate valentem et in gentibus omnibus. Utique ad singulos patriarcharum dirigimus eam ad cautelam observationemque competentem: illi vero sub se constitutis metropolitis mittent. Illi quoque alii omnibus innotescit episcopis et per episcopos omnia hæc reverendissimi monachis et abbatibus eorum sicut manifesta. Damus autem causa observationem non solum abbatibus monasteriorum singulorum, nec solum Deo amabilibus episcopis, nec sanctissimis metropolitanis, neque sanctissimis patriarchis, sed hic quidem et tua¹⁵ excellentia, ut si cuius causa egeat vehementioris correctionis, discentes a Deo amabilibus viris exequantur. In provinciis autem eorum judicibus, primitus a Deo amabilibus episcopis quod agitur agnoscentibus, et ut sint per omnia et personis sacras et magistratibus innoxia ea quæ ad Deum et praecunctis imperio, tanquam nihil sit sanctius custodiri rempublicam magnum Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi clementia frui per reverendissimum virorum puritatem; quam custodient quoque clerici et monachi et episcopi majores et minoris, sacrorum memores canonum sacrarum legum et constitutionum de hoc scriptarum, quas et valere et gratias esse etiam per presentem saeculum legem.

EPILOGUS.

Tua igitur beatitudo quæ placuerunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem cognoscens, operi effectuque tradere festinet. — Dat. 17 kal. april. Constantiopol. ARIONE V. C. Cons.

TIT. XVII.

UT NULLI JUDICUM LICEAT HABERE LOCI SERVATOREM¹, NISI CERTIS EX CAUSIS DIVINA CONCESSERIT JUSSIO.

NOVELLA CONSTIT. CXXXIV.

De vicariis.

In nomine Domini Jesu Christi Dei nostri, imperator Caesar, Flavius, Justinianus, Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, felix, pius, gloriösus, victor, triumphator, nunquam non colendus Augustus, Musonio praefecto urbis.

PRÆFATIO.

Quæcumque ad utilitatem nostrorum subjectorum, intentionem habentes semper, invenimus diversas lesiones nostris subjectis inferri ab emissis vicariis in provinciis ab aliquibus civilibus et militaribus judicibus: et de hoc dumud legem scripsimus, particularē aliquam facientes rei emendationem.

CAP. I. Ne ulli magistratum liceat constitueri vicarios.

Nunc vero perfecte juvare nostros subjectos studentes, sancimus nullam licentiam habere pro tempore praefectos tam Orientis quam Illyrici prætoriorum aut comitem largitionum, aut comitem privatarum, locorum servatores destinare in provinciis, aut ipsos provinciarum judices facere, et proprii cinguli loci servatores emittere. Sed neque vicanos judices in creditis eis provinciis loci servatores emittere in qualibet civitate. Solus vero iudeamus esse loci servatores praefectos in Hosdruma, et in Mesopotamia, et si necessitas vocaverit; in aliis locis tempore expeditionis pro nutrimento eis destinato: et hoc quidem per nostram jussionem. His insuper iudeamus, ut neque magistri militum, neque duces in provinciis, in quibus administrare jussi sunt, loci servatores, aut bicollitas², aut latronum expulsores habeant. Si vero contigerit, necessitate faciente, sive magistris militum, sive duces destinari per nostram jussionem in aliis locis, tum fieri loci servatores absentes, et hoc secundum nostram præceptionem. Nulli vero liceat civili aut militari judici circumire provinciam sine causa necessaria. Si vero aliqua necessitas vocaverit tale aliquid fieri: expensis propriis hoc facere iudeamus tam judices quam competentes et obediens eis officium. Neque vero angariis⁵, aut illis que vocantur epidemiteis⁴, aut alio quolibet dispendo gravare nostros subjectos: neque consuetudines nominare, aut querere, quæ forsitan aliqui praedicatorum in proprium lucrum injuste adinvenerunt. Male enim adveniens, malaque consuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa consuetudine confirmantur: scientibus omnibus predictis judicibus civilibus et militaribus, quod si aliquid præter hoc fiat, et qui facit, si loci servator est, viginti librarum auri inferet pœnam, et cingulo spo-

CAP. IV.

Quoniam vero contingit adulteria, aut rapto mulierum, aut homicidia, aut alia quelibet crimina in provinciis committi: iudeamus provinciarum judices omnia secundum leges vindicare, et peccantes tenere, et non aliis pro aliis, aut ex quibus natu sunt vicis qui crimina presupserunt, aliwa¹⁶ pro¹⁷ alio comprehendere, aut dannum eorum inferre vires. sed neque pignorationes facere propter peccantem, aut criminis vindictam proprii lucrum causa inferre, aut delinquentium res proprium lucrum facere. Nos enim reos quidem ex legibus pœnas sustinere volumus. damnæ vero subjectis nostris, aut lucrum ex hoc judicibus aut eorum

fin. C. de appellatib.; vide tamen N. 126, c. 5; L. 14, C. de appellat. — 12. L. un. D. nihil innovari; L. 7, in fin. D. de munere et boni; L. 3, C. de appellat; L. 3, C. quando probocare non est necesse; L. un. C. in integr. rest. postul. — 13. Fac. I. 22, C. de penit; N. 5, c. 12. N. 127, 8, 2. — 9. N. 60. — 10. N. 83, c. 13. — 11. L. 1, C. de relationib.; L. 6, in

35. L. 44, § 5, C. de episcopis. — 36. N. 125, c. 29: I. 19, I. 44. C. de episcopis. — 37. N. 125, c. 25. — 38. L. 44, in pr. C. de episcopis. — 39. N. 125, c. 26. — 40. c. 2, 3, 2, supr. hic. — 41. L. 54, C. de episc. aud.

42. N. 125, c. 27. — 43. N. 125, c. 28. — 44. N. 125, c. 29. — 45. N. 125, c. 30. — 46. N. 125, c. 31. — 47. N. 125, c. 32. — 48. N. 125, c. 33. — 49. N. 125, c. 34. — 50. N. 125, c. 35. — 51. N. 125, c. 36. — 52. N. 125, c. 37. — 53. N. 125, c. 38. — 54. N. 125, c. 39. — 55. N. 125, c. 40. — 56. N. 125, c. 41. — 57. N. 125, c. 42. — 58. N. 125, c. 43. — 59. N. 125, c. 44. — 60. N. 125, c. 45. — 61. N. 125, c. 46. — 62. N. 125, c. 47. — 63. N. 125, c. 48. — 64. N. 125, c. 49. — 65. N. 125, c. 50. — 66. N. 125, c. 51. — 67. N. 125, c. 52. — 68. N. 125, c. 53. — 69. N. 125, c. 54. — 70. N. 125, c. 55. — 71. N. 125, c. 56. — 72. N. 125, c. 57. — 73. N. 125, c. 58. — 74. N. 125, c. 59. — 75. N. 125, c. 60. — 76. N. 125, c. 61. — 77. N. 125, c. 62. — 78. N. 125, c. 63. — 79. N. 125, c. 64. — 80. N. 125, c. 65. — 81. N. 125, c. 66. — 82. N. 125, c. 67. — 83. N. 125, c. 68. — 84. N. 125, c. 69. — 85. N. 125, c. 70. — 86. N. 125, c. 71. — 87. N. 125, c. 72. — 88. N. 125, c. 73. — 89. N. 125, c. 74. — 90. N. 125, c. 75. — 91. N. 125, c. 76. — 92. N. 125, c. 77. — 93. N. 125, c. 78. — 94. N. 125, c. 79. — 95. N. 125, c. 80. — 96. N. 125, c. 81. — 97. N. 125, c. 82. — 98. N. 125, c. 83. — 99. N. 125, c. 84. — 100. N. 125, c. 85. — 101. N. 125, c. 86. — 102. N. 125, c. 87. — 103. N. 125, c. 88. — 104. N. 125, c. 89. — 105. N. 125, c. 90. — 106. N. 125, c. 91. — 107. N. 125, c. 92. — 108. N. 125, c. 93. — 109. N. 125, c. 94. — 110. N. 125, c. 95. — 111. N. 125, c. 96. — 112. N. 125, c. 97. — 113. N. 125, c. 98. — 114. N. 125, c. 99. — 115. N. 125, c. 100. — 116. N. 125, c. 101. — 117. N. 125, c. 102. — 118. N. 125, c. 103. — 119. N. 125, c. 104. — 120. N. 125, c. 105. — 121. N. 125, c. 106. — 122. N. 125, c. 107. — 123. N. 125, c. 108. — 124. N. 125, c. 109. — 125. N. 125, c. 110. — 126. N. 125, c. 111. — 127. N. 1